

scerent, quæ ambo à corde prouenirent:  
 Itaque circunspici oportet, discrimen  
 quod sibi pararetur, nec ultra Idus Martias  
 trahi posset. Mira rerum humanarum nu-  
 bes, mira fortunæ violentia, vnde hæc vel  
 illi nosse vel huic negligere. Præfixo c-  
 enim die, cum Cæsar multis frustra re-  
 tentatis hostiis, curiam ingrediceretur, in  
 Spurinam ceu mendacem ita iocatus est,  
 vt diceret, Idus aduenisse. Is autem non-  
 dum præteriisse respondit: sic ex integro  
 cōminatus, nec fefellit. Eodem enim die  
 ac loco cæsus est.

## ALIVD.

**C**AESARI autem Augusto, prius quam  
 ex alio matris exiret, prodigio  
 pronūciatam magnitudinem affirmant,  
 ad id quasi prodigium simul, quo  
 quidem responsum est: Regem populi  
 Romani naturam parturire: Eius rei au-  
 tor est Tranquillus, testem afferens, Iu-  
 lium Marathum, illud additur miraculo:  
 Senatum respōso territum, decreuisse, ne  
 quis illo anno natus educaretur, sed qui-  
 bus prægnantes domi coniuges, S. C. ne  
 in publicum veniret obstitisse: Eadem  
 Augusto in obsidione Perusina litare nō  
 valenti, cum instaurari hostias iussisset,  
 oppi-